

## Alte Drucke

**SCRIPTVM || A RECTORE ACA=||DEMIÆ VVITEBERGENSIS ||  
PVBLICE PROPOSITVM, IN FVNERE || Nobiliss: adolescentis  
MARCI HOHENFEL=||DERI Austriaci ad ...**

**Hohenfelder, Marcus**

**Witebergae, 1571**

**VD16 ZV 31058**

**RECTOR ACADEMIAE VVITEBERGENSIS CASPAR CRVCIGER S. THEOLOGIAE  
DOCTOR ET PROFESSOR.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148651**

RECTOR ACA-  
DEMIAE VVITEBERGENSIS  
CASPAR CRVCIGER S. THEO-  
LOGIÆ DOCTOR ET  
PROFESSOR.



Elebris est ex antiqua nobili-  
tate equestri Archiducatus  
Austriæ familia HOHE-  
FELDICA, quæ in ditione  
huius ad Anisum sedem habet au-  
tam, vbi Aistersheimum & Almeccum  
hodie nominantur in confinio agri Vvel-  
densis, Eam magis etiam etiam nobilita-  
uit Vvolfgangus Höhfelder V. CL. quæ  
propter multas virtutes, parentis nomine  
& loco coluisse dicitur nobilitas Austria-  
ca. Hic cùm inter præcipuos negocia  
publica terræ Austriæ administraret, &  
patriæ suæ, & externis, & omnium ordi-  
num hominibus publicè & priuatim ita  
se probauit, vt non tantum, sicut est in Ro-  
mani veteris illius monumenti elogio,

A ij vno

vno ore omnes cōsentiant, fuisse eum populi sui virum primarium, sed nominatim etiam testentur de pietate, fide, ingenuitate, candore, integritate, veritatis cultu, & honestatis studio, & his omnibus eximijs, Qui omnes vires opesq; suas eō conuerterit, vt de patria terra vniuersa, & singulis ciuibus quām optimē mereretur, neq; priuatas res suas quōd publicis anteposuerit, sed has etiam maiori multo quā illas curæ sibi esse passus fuerit: Atq; omnino quod & ornamētum & bonum publicum fuerit, sibi suisq; gloriosus, & Reipub. Vir salutaris. Ante annos autem quatuor ex hac vita euocatus, cum ageret iam annū ætatis LXIII, reliquit filios duos, quos in literis vir intelligentissimus educari curauit, cum doctrinæ eruditæ ipse etiam esset studiosissimus, & senex etiam huic inter negocia publica grauiss. vacaret, huiusq; ornamentum suis conciliari omnino vellet, in quo spes eum nequam fecellit, & mater superstes, matrona nobis

nobilis, de Patris studio idem agens, ex  
alijs Academijs ante menses septem in  
hanc etiam nostram eos misit, Patre tali  
dignos iuuenes, Ex quibus natu minor  
Marcus, in ualitudinem huc secum attulit  
eiusmodi, quæ paulò post in eum mor-  
bum erupit, qui Medicis Tympanitis est,  
ut corpus aqua intercute & flatibus intu-  
mesceret. Non potuit æstimari quamdiu  
semina huius mali aluerit, cui & quod in-  
ueteratum esset, occurri minus potuit,  
Itaq; cum nihil omitteretur omnium, quæ  
ab humana ope præstari possent & debe-  
rent, superatus tamen morbi tumoribus,  
suffocatus est, egregius, generosæ stirpis et  
mentis iuuenis, & heri septima matutina  
decessit, migratione ita pia & religiosa, ut  
confessione & professione fidei suæ in Fi-  
lium D E I I E S V M C H R I S T V M,  
& precibus & sermonibus suis omnibus  
demonstrauerit esse se vas gratiæ, & inter  
eos, quos Filius Dei sibi delegit ad com-  
munitatem vitæ cum ipso beatæ & æter-

A ij . næ.

næ. Temperantissimos autem homines  
cum ijs morbis, qui ex intemperantia ple-  
rumqe contrahi solent, conflictatos fuisse,  
veterum etiam exempla demonstrant.  
Huic Acacius frater funus faciet hodie  
hora XII, cui par est operam dari à nobis  
vniversis, tristem quidem illam, &, vt  
Poëta nominat, ministerij tristis, sed debi-  
tam tamen & communitati fidei & pietat-  
i ac generi demortui. Conueniant igitur  
scholaftici ad deductionem funebrem in-  
dicato tempore ante ædes honestiss. Vi-  
duæ Doctoris Hieronymi Crappi, ex qui-  
bus efferetur. P. P. V. Maij, Anno  
Christi. M. D. LXXI.